

sufficit in quacumque absolutione pro peccatis
sive fiet confessio post unam absolutionem iam da-
tam sive non. Nec oportet dicere. Absoluo te
ab isto peccato etc. sed sufficit sicut prius. Denique
tutus observatur brevis et succincta forma
absolventi predicanda. quae dum fuerit tot additioes
quae vel sunt superfluae vel quae distrabentes aut im-
pediunt. Ceterum quo ad absolutionem de exco-
municacione. Rursum dicitur quod in foro publico non sacramen-
tali nulla certa forma requiritur. sufficit quod ille qui
potestatem iudicariam significet intentione sua quod vult
talem absolutum esse. Porro quo ad sacramen-
tale absolutionem que ulterius requiritur. et
circa cuius omissionem multi deficiunt. preci-
sa forma non ita requiritur sicut in alijs sacra-
mentis. unde ista forma sufficit cum intentione
interiori sicut prius explicabatur. Ego absol-
uo te ab exco(m)unicacione vel exco(m)unicacionibus etc.
Et potest addi hoc non sit necessarium istud. et restituo
te sacramentis ecclesie et omnibus dimissis. In nomine
patris et filii et spiritus sancti. Verum quo ad minorem
exco(m)unicacionem que contrahitur ex participa-
tione cum exco(m)unicatis sufficit eadem forma.
Sed quo ad exco(m)unicacionem largo nomine dictam. quae
contrahitur ex quolibet peccato mortali. quod se-
parat hominem a deo. puto quod non requiritur spe-
cialis forma. sed sufficit illa que dicta est pro peccatis.